

758.

1282 d. 7 Dec.

Husby Trögd.

Kon. MAGNUS I:s Gåfvobref på gården Ål till sin Hof-Skräddare ELARD.

A. 6. a. 1: 29.

MAGNUS dei gracia sweorum gothorumque rex &c. såsom N:o 757 till defensorem, Tenore presencium tam posteris quam presentibus volumus elucere, quod dilecto nobis, magistro elardo sartori nostro & heredibus suis quam possedit dominus nicholaus mikaelis curiam nostram aal cum bonis omnibus & pertinenciis ceteris intra sepes & extra prope & a longe positis hereditario jure conferimus ac perpetuo possidendam, Transferentes in ipsum & heredes suos sicut dictum est meram plenamque proprietatem & omnimodam facultatem dictam curiam regendi vendendi donandi commutandi & quocumque modo voluerint ac poterint ordinandi, ad premissorum igitur evidenciam plenioram vna cum sigillo nostro fratris nostri benedicti, venerabilis patris, domini, strenginensis, dominorum, magni jon son, benedicti legiferi karuli gøzstaf son, anundi haralz son & magni rangwalz son dapiferi nostri, sigilla presentibus sunt appensa, Datum hosæbytrøgh anno domini, M^oCC^o LXXXmo secundo, VII Idus decembris.

Sigillen: N:o 1. Konungens i rödt gult och svart silke; N:o 2 BENGTS i blått silke, blott stycken kvar; N:o 3 Biskopens i rödt och grönt silke, skadadt.

759.

1283 d. 1 Jan.

Bjälbo.

Kon. MAGNUS I:s öfverlåtande af jus patronatus till S:t Botvids kyrka, som i förening med Slæm borde blifva ett Kanonikat, hvilket Biskopen i Strengnäs egde att bortgifva.

A. 3. g. 2: 10.

Uniuersis christi fidelibus presentes Litteras inspecturis. M. Dei gracia Sweorum Gotorumque Rex. salutem in domino ihesu christo. Tenore presencium vobis volumus elucere quod nos ad honorem omnipotentis dei & beate virginis Marie Beatorumque Apostolorum eius Petri & Pauli omne ius patronatus quod nobis racione corone vel Ducatus siue eciam quoquo alio modo attinebat in ecclesia beati Botwidi & in ecclesia Slæm in Tør transferimus in ecclesiam Strengenensem. volentes modis omnibus ut ipsa ecclesia omni iure quod nobis racione dicti iurispatronatus competeat vel competere potuit in eisdem in perpetuum perfruatur, Jta eciam quod venerabilis pater dominus episcopus Strengnensis liberam habeat facultatem dictas ecclesias racione iuris prescripti annectere vni canonie in ecclesia Strengenensi. In cuius rei testimonium & evidenciam plenioram sigillum nostrum vna